



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 177. Continuum Bellum inter Hispanos, & Sabaudiaë Ducem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

die decima quarta Octobris Barbari-
 cus in Medicæi locum subrogatus a Ve-
 netis Bellidux ad castra pervenerat,
 habito die undecima Novembris collo-
 quio hæ induciæ mutuo consensu firma-
 tæ sunt. Tandem verò sub anni sequen-
 tis nascentem Februarium Neustadii
 pax utrinque inita est, promoventibus
 concordie firmitatem Ascano Sedis
 Apostolicæ Nuntio & Julio Medicæo
 Magni Ducis Etruriæ Legato, uti post-
 ea recensimus.

Sæc. XVII.
 A. C. 1617.

§. CLXXVII.

*Continuatum bellum inter Hispanos,
 & Sabaudicæ Ducem.*

Hoc item anno Carolus Emanuel Sab-
 audicæ Dux initium bellandi spar-
 sim hinc inde prædis agendis, capien-
 disque oppidis fecerat; quamprimum
 enim Ledigerius Delphinatus Guber-
 nator, repugnante quidem Galliarum
 Rege, cum quatuor peditum millibus,
 & nongentis cataphractis in auxilium
 advenerat, mox Sabaudus his suppetiis
 auctus præter alia quædam ad Langam
 oppida, San-Damianum & Albam de-
 ditione cepit, necnon Castellatum Me-
 diolanensem, qui ad Crevacorense ca-
 stellum expugnandum accurrerat, non
 sine ingenti clade repulit: Inde vero

*Jæger. hist.
 Eccl. Ferre-
 ras l. c.
 Merc. Gal-
 lob. t. 12. l. I.
 Khevenhill.
 tom. 8.
 pag. 1193.*



Sæc. XVII. Petrus Toletanus ferocior factus, ne-
A. C. 1617. glectis Pedemontii & Montferrati igno-
 bilioribus oppidis omne Insubricæ mi-
 litiaë robur ad arcem Vercellensem ra-
 piebat, eamque die vigesima quarta
 Maij strenue aggressus, obsessis licet
 haud ignave resistentibus, demum die
 vigesima sexta Julii impetu facto occu-
 pabat. E diverso Sabaudus in Ducatus
 Mediolanensis loca, præsidiaque
 validis cum copiis irrumpens, La-Ro-
 ceam, & Anfranconam ditionem, plu-
 raque alia loca suis subiecit armis, præ-
 fidiariis plerumque crudeliter trucidatis:
 Verum ceteris pertinacior erat ob-
 sidio San-Feliciani, quod firmum non
 minus, ac opulentum oppidum Ema-
 nuel per extremam vim tandem expu-
 gnabat, ubi e Germanis & Gallis Zwing-
 liani, & Calvinii Sectatores usitati sui
 in Catholicos furoris stimulo incitati,
 non modo senes juvenesque, sed æta-
 tis etiam immaturæ infantes, ac Eccle-
 siasticos Viros misere jugularunt, nullo
 cujusquam discrimine peremptis inco-
 lis Univerfis: Hispani quoque Præsi-
 diarii mille ducenti trucidati, capti
 circiter quadringenti, quorum in nu-
 mero erant Ductores ordinum quatuor-
 decim unacum Wolkensteinio Comite,
 penes quem vasa aurea & argentea,
 necnon castrensis copia non aspernanda,
 & equi

& equi sat generosi reperti sunt: Ad hanc autem prædam accessit alia adhuc utilior faccorum nempe frumento refertorum quadraginta millia. Insuper Annonensis urbis cives San-Felicianorum calamitate consternati, quantumvis valido præsidio, & quadraginta belli tormentis muniti essent, ultro se Sabaudo permisere, quam urbem Emanuel muniri iussit, suumque exercitum in duo partitus est agmina, quorum unum ipsemet ducens, Borgensem Provinciam invadendam sibi sumpsit, alterum vero Filio suo Thomæ commisit, ut Alexandrinam arcem infestaret, ex qua tamen erumpentibus confertim Hispanis ventum ad manus est, accerrimo utriusque partis conflictu, ac tandem Hispanis cæsis, atque in fugam actis.

Sæc. XVII.
A. C. 1617.

§. CLXXVIII.

*Inducie inter Hispanos & Sabaudos,
ac demum pax conciliata.*

Cum Petrus Toletanus Mediolanensis
Gubernator tam per exploratores, quam crebras suorum clades plus nimo edoctus, compertum haberet, quod Sabaudus copiosum ex Galliis, Helvetia, Germania, aliisque locis exercitum contraxisset, rebusque prospere fluentibus, facile universam Mediola-

*Arthus. l. 22.
pag. 1522.
Daniel hist.
de Franc.
tom. 10.
Gramond.
Hist. Gall.
l. 2.*